satellites stipatio et quid genero ea volunt haud imaginari potuit. Interim
sequenti die avunculus ad [custodem civitatem] conveniunt Celinagum ut sic eum abduce=
ret, eoque abducto Illuminatam in cubiculo caperent et pro suo libitu traderent. Mane=
bat interim tanquam in servis Monurus neque discere quidem audebat nec extra
fenestram aspicere unquam tentavit exiguo et valde tenui vescebatur victu et quem
exitum exceptura res ea esset avide movebatur. Conclusum fuit manere adhuc, neque disces=
sum à cubiculo tentandum esse, ne finem optatum assequeretur illa satellites ad ostia et
omnes angulos constituti, cum in pravum finem eos ibi consistere eum perspicuum videret
licet ille non ita cognitus esset. Celinagus igitur ob hanc et causam negavit avun=
culo discessum nec ullo modo una cum ipso [cum Sociam] accedere voluit quod pro=
fecto egre tulit avunculus eumque inobedientiæ increpavit dum negare hoc exiguum
patruo auderet, At nihil ea verba moverunt Sammarium qui nullo pacto illi
periculo committendum iudicavit Lyncæum filium Monurum alias profecto non
est unquam fuisset mentis neque negasset avunculo quod flagitabat. Ea res per=
vidiores reddidit parentum et Consanguineorum animos, deteriora excogitarunt,
pararuntque eam ob causam ut Illuminatus caperetur si domo exiret et
Inquisitioni traderetur, atque ideo circa totam eam quæ ante domum erat viam
frequens exploratorum concursus ut eum viderent, cum verò exire ipsum nullo
modo conspicerent evocare techna dolove aliquo excogitarunt, Cura=
runt eam ob resolutionem apud Ducem primum Monuri horum Celi=
nagi consanguineos ut epistola eum ad se vocaret. Ita ergo Illa
scripsitque Monuro ut ea visa epistola ad se [illegible] et nullo pacto subi=
tum accessum praetermitteret, Epistolam dedere Celinago famuli ille
Monuro exhibuit, sed cogitarunt fraudem esse, Non discedendum igitur
à cubiculo iudicatum ut etiam Sanctissimæ Paschatis diem inibi
sine Sacro Missæ officio degere coactus fuerit, Neque etiam animi nostra
inquietitudo domi orationibus paulisper vacare sinebat, sed missis om=
nibus extremum veluti exitium imminens cogitationi speculationique om=
ni repugnabat. Orationibus instabat externis sanctissimorum virorum
succurrendis esse utereque, Sacrificijs ad omnipotentem deum implorandum
esse auxilia conclusum, Non amplius proderant humana consilia divi=
na ope utendum esse unicuique videbatur et profecto ita erat, in tantam
enim calamitatem res ipsorum deciderant ut sola æterni dei ope adiuva=
ri posse viderentur, Contristabatur plane Celinagus et ad lachrymas
usque tot vexationibus insontibus Lyncæis ob eius causam coniurato animo
accurrentibus. Videant hic qui Sybaritas seu Christianos aulicos alunt
quam impiæ genti victum et mercedem distribuent quot nebulonijs subijciunt
qui nihil lubentes ingenij dorum versutijs agantur quam impia quam
perversa quam iniqua summis viribus audeant et possint. Profecto
nisi Deus presto fuisset Utrique ea vice in extremæ desperationis ruinam præci
pitassent extrema animarum corporis et familiæ exitu.